

trigesimus quartus

Mummius de uicta achaia repleuit urbem. Ipse excessit nō relicturus filiae dotem. Cur enim non cum excusatione ponatur. Multa & Luculli inuexere. Rhodi etiam nū. lxxiii. milia signorum esse Mutian⁹ ter consul prodidit: nec pauciora athenis & olympiae. Delphis superesse creduntur. Quis ista mortaliū persequi possit: aut quis usus noscendi intelligat: Insignia tamen maxime & aliqua de causa notata: uoluptarium sit attigisse: artificesq; celebratos nominauisse singulorū quoq; inexplicabili multitudine cum Lysippus ad sexcentena. x. opera fecisse tradatur. Ante omnia ut arti claritatē possent dare uel singula. Numerum apparuisse. defuncto eo cū thesauru effregisset hæres: solitum enim ex inani pretio cuiusq; signi denarios se ponere aureos singulos. Euecta supra humanā fidem ars est successu: mox etiam audacia. In argumentū successus unum exemplum afferam: nec deorum nec hominum similitudinis expressæ: Aeras nostra uidit in capitolio: priusquā id nouissime cōflagraret a Vitellianis incensum in cella Iunonis canem ex ære uulnus suum lambentē. Cuius eximiū miraculū & indiscreta uerisimilitudo non ex eo solum intelligitur: q̄ ibi dicatus fuerat: uerū & noua satisfatione: nam summa ulla pars uidebatur: capite tutelarios cauere pro eo institui publicū fuit. Innumera sūt exēpla. Moles quippe excogitatas uidemus statuarū: quas colossos uocant turribus pares. Talis est in capitolio Apollo translatus a M. Lucullo ex appollonia ponti urbe: xxx. cubitorum. c. l. talētis factus. Talis in campo martio Iupiter a Claudio Cæsare dicatus: qui ideo uocatur pōpeianus a uicinitate theatri. Talis & tarenti factus a Lysippo. xl. cubitorū. Mirū in eo q̄ manu ut ferunt mobilis ea ratio liberamēti est: ut nullius conuellatur procellis. Id quidem prouidisse & artifex dicitur: modico interuallo. Unde maxime opus erat flatum frangi opposita columna. Itaq; propter magnitudinem difficultatemq; molendi: nō attigit eum Fabius uerrucosus: cū Herculem qui est in capitolio: inde transferret. Ante omnes autem in admiratione fuit Solis colossus rhodi quē fecerat chares Lyadius Lysippi supraacti discipulus. Septuaginta cubitorū altitudinis fuit. Hoc simulacrū post quinquagesimū sextū annū terremoto prostratū. Sed iacēs quoq; miraculo est. Pauci pollicē eius amplectunt. Maiores sunt digyti q̄ pleræq; statuarū. Vasti specus hiant de fractis mēbris. Spectant itus magnæ molis saxa: quorū pōdē illud stabiliuerat constituens. Duodecim annis tradunt effectū. ccc. talentis: quæ contulerant ex apparatu regis Demetrii relicto moræ tedio. Sunt alii minores hoc in eadem urbe colossi centū numero. Sed ubicunq; singuli fuissent nobilitati locum præterq; hos deorū quinq; quos fecit bryaxis. Fabricauit colossos & italia. Videmusq; certe apollinē in bibliotheca tēpli Augusti thuscanici. l. pedū. a pollice: dubiū ære mirabiliorū an pulchritudine. Fecit & Sp. Caruilus. Iouē qui est in capitolio uictis samnitibus sacrata lege pugnātibus e pectorialibus eorū ocreisq; & galeis. Amplitudo tāta ē: ut conspiciatur a Latario ioue. Reliquiisq; limæ suam statuā eam fecit: quæ ē ante pedes simulacri eius. Habent in eodē capitolio admirationē & capita duo: quæ. P. Lentulus consul dicatur. Alterū a Charete supradicto factum. Alterum fecit Decius comparationē in tantū uictus: ut artificium minime p̄babiliū artificis uideatur. Verū omnē amplitudinem eius generis statuarū uicit ætate nostra. Zenodorus Mercurio facto in ciuitate galliæ aruernis per annos. x. sextertis. cccc. imani pretio. Is postquā satis ibi artem approbauerat: romam accitus est a Nerone: ubi destinatū illius principis simulacrum colossum fecit centū. x. pedum longitudine: qui dicatus solis ueneratiōi est dānatis sceleribus illius principis: Mirabantur in officina non modo ex argilla similitudinē insignē: neq; & de paruis admōdū surculis quod primū operis instat fuit. Et statua indicauit interisse fundēdi æris scientiā: cū & Nero largiti auge argentūq; paratus esset: & Zenodorus sciētia fingēdi cælādiq; nulli uetere posponere. tur statuā aruernorū cum faceret puineia Vibio Auito præsidēte duo pocula Calamidis manu cælata: quæ Cassio Syllano auūculo eius præceptoris suo Germanicus Cæsar adamata donauerat æmulatus est ut mix ulla differētia esset artis. Quātoq; maior in zenodoro p̄stantia fuit: tāto magis deprehēdi æris obliteratio pōt.

Nobilitate ex ære operum & artificum. cccclxyi. Cap. viii.

Ignis quæ uocant corinthia pleriq; in tantū capiuntur: ut secū circūferāt: sicut Hortensius orator sphingem Verri reo ablatā. propter quā cicero illo iudicio in altercatiōe negāti ei se anigmata intelligere: respondit debere: quoniā sphingē domi haberet. Circūtulit & nero princeps amazonem: de qua dicemus. Et pauloante. C. Cestius cōsularis signū quod secū etiā in prælio habuit. Alexandri quoq; magni tabernaculum sustinere tradunt solitæ statuarū: ex quibus duæ ante Martis ultoris ædem dicatæ sunt: totidē ante regiam. Minoribus simulacris signisq; innumera p̄pe artificū multitudo nobilitata est. Ante omnes tamen phidias atheniensis ioue olympiæ facto ex ebo re quidē: Sed ex ære signa fecit. Floruit aut olympiadē octogesimatertia circiter. ccc. nostræ urbis anno Quo eodē tempore æmulis eius fuere alcamenes. Critis: Nestocles: Hegleas. Et deinde olympiadē octogesimaseptima agelades. Callon: polycletus phragmō: Gorgias: Lecor: Mycon. pythagoras: Scopas: perelius: ex iis polycletus discipulos habuit argium: a sopodorum: alexim: aristidem: phry.

G iii